



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo S. Annæ Matris B. Mariæ Virg.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

ter martyres ductor, & inter Apostolos amicos Redemptoris amicissimus: omnis nimis quam magnam tui colendi, honorandi, laudumque tuarum euulgandarum rationem habet Ecclesia; nos vero eius filij etiam multo maiorem, tuam admirando vitam, mortem martyrium, felicemque ex hoc mundo transitum, fidem & bonam sanctæ conuersationis tuæ exemplum imitandi, vt ad eam nostram conformantes, & sanctarum virtutum tuarum vestigia sequentes, tuasque diuinas predicationes opere ac re ipsa exequentes, & Deū tui exemplo merentes ac seruientes, æterna donari gloria, qua modo ipse in altero potius sæculo, mereamur, ad quam nos Pater, & Filius eius vnigenitus, ac Paracletus Spiritus S. vnus in personarum Trinitate Deus post decursum mortalis huius vitæ stadium perducere dignentur, Amen.

IN F E S T O S. ANNÆ MATRIS  
B. MARIÆ VIRG.

Partitio.

1. De B. Virginis perfectionibus.
2. De S. Anna, an pluribus nupto viris.
3. An plures illi, præterquam vna, fuerint filia.
4. De Sanctæ Anna matris Deiparæ dignitate.
5. De eiusdem sterilitate, aliisque mirabilibus in ipsa consideratis.

Simile est regnum calorum homini negotiatori querenti bonas margaritas.  
Matth. 13.

FIGVRA.

Exod. 25.

Sancta illa Sanctorum, in quæ arte testimonij inferenda erat, locus erat dignissimus, ac summopere venerandus, atque adeo gloria & diuitijs inclutus, nihil vt dignius, illustrius, ac diuinius vetus illa Iudæorum Synagoga habuerit. Videtur huic aliqua ratione B. mater Anna assimilari pariterque posse. quia eam

sancta hæc creatura, veluti quædam Sancta Sanctorum, destinata ac selecta erat, in qua mater filij Dei vnigeniti, vera illa fœderis ac testimonij arca collocaretur ac requiesceret; hinc sanctitatis ac benedictionis quidam locus fuit, matrona honore & gratijs, & virtutibus referta, ac creatura omnibus adeo numeris perfecta & absoluta, vt vnum ex inclutis Ecclesiæ miraculis semper & habita sit, & habeatur, & in perpetuas generationes sit habenda. Vt quid à parte rei subsit, sciamus, & tantum hodie in illam laudum & elogiorum effundamus, quantum ante perfectionum ac meritum Deus in ipsam conuulit. Spiritum paracletum rogemus, nobis vt opituletur, ac gloriosissimam Virginem Mariam, ad quam res hæc potissimum spectat, cum sacratissima eius fuerit mater, sua vt intercessione dicenti minime desit, quocirca omnes oculis, animis & genibus in terram deiectis dicamus

A V E M A R I A.

David Rex de magnifico illo templo, quod 1. Par. 29. à filio Salomone ædificandum erat, & ad cuius fabricam constructionemque tantum auri argenti que ac variæ suppellectilis coaceruaret, ac tantum sumptuum impenderat, vt nemo non obstupesceret, loquens, his sermonem verbis est exorsus, *Grande opus est, neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo*: hominum omnium conditori. Pariterque videtur Auditores, vt quoniam hodie de secundi illius templi, sed anieati & penitus admirabilis fabrica sermo iustitiedus est, ab ijs ipsis verbis eum ordiamur, dicentes, *Grande opus erat, neque enim homini, reparabatur habitatio, sed Deo*. O Generatio Deiparæ opus inquam admirabile, & res sublimis, ac Deiparæ opus erat non nisi summi Dei inceptum erat sanctæ huius Virginitatis generatio, in qua non homini, grande. sed Deo, non simplici creaturæ, sed rerum omnium conditori destinata ac præparata habitatio erat.

Hiuc profecto oportebat omnia magna, Omnia admirabilia & magnifica in ea concurrere, gna in hac conceptionem in qua beatam, natiuitatē glorie Virgine riosam, vitam plene diuinam, mortem miraculosis plenam, gratiam incomparabilem, concurrunt

gloriam inastimabilem, aliaq; grandia, & cōmunem naturæ ordinem transcendit. Et sicut oportebat, ita & factum est; nam quidquid in illa fuit, summū fuit, ingens, gloriaq; & excellentia plenissimum, iuxta illum Psalmographi varicinium, *Gloriosa dicta sunt de te eiusus Dei* quod nimirum sine peccati originalis macula concepta fuit, quod tota pulchra nata sis, quod gratia fueris plenissima, cœli terræq; regina, Messie mater. *Gloriosa ergo dicta sunt de te* Ut porro hanc de Virgine gloriosa prophetiam capiendam constet, audite quid dicat Damasc. *Et quam aliam creaturam intelligamus quam eam, que Deum suscepit? de qua gloriosa ab ipso Domino dicta sunt?*

*Psal. 86.*

*Orat. 1. de dorm. Virg.*

*In orat. de Virg.*

Virginis perfectiones superat perfectiones aliarum creaturarū.

*Luce. 1.*

Virgo in gratia superat omnes sanctos.

*Prov. 1.*

*Ecl. 24.*

Germanus Archiepiscopus & Patriarcha Constantinopolitanus, de Virgine hac sermo cum incidisset, non nisi per admirationes, exclamationes, & apostrophes loquitur, *Omnia tua, inquit, sunt admirabilia, o Despara, omnia supra naturam, omnia ingentia, & aliorum vires sunt, crantia.* Et sane nunquam vel minimum peccatum contraxit, nunquam in Dei sui amore deliquit fecisse, nunquam ad illius solis huius radios vel minimum conivisse, nunquam in voragine illas peccati prolapsam esse admirabile profecto fuit matrem simul fuisse & virginem, sine dolore villo peperisse, corruptionis experem mansisse, in cineres non abiisse, communem naturæ ordinem transcendit: verum ab omni æternitate prædestinatum fuisse, Dei virginem matrem fieri meruisse, ceterarum creaturarum vires longo superat intervallo.

Ipsam Virgo hæc omnia agnoscens, & suam beatitudinem prædicans, gratias agit Deo dicens: *Quia fecit mihi magna qui potens est, ideo magnificat anima mea Dominum.* nec immerito ita locuta est, certissimum est enim Deum, qui sanctus & potens est, magna mirabiliaq; sancta huic Virgini præstitisse, magna per gratiam, magna per gloriam, & in qua per naturam. Magna inquam per gratiam, cum Angelus eam plenam gratia saturavit, & ipsa sola plus gratiæ habuerit, quam sancti sancta que omnes simul. In huius rei testimonium adfero illud & Prouerbij, *Filia multa congregauerunt sibi diuitias tu supergressas vnuerſas.* Item illud Ecclesiastici, *Et in plenitudine sanctorum*

*detentio mea.* quin & illud è Canticis, *In hortis Cant. 7. m. o omnia poma noua & vetera tropice ac figurate denotabat, sanctam hanc Virginem in anima sua hortu omni genos, tum nouos, tum veteres fructus, id est, virtutes omnes, gratias & vnuerſas sanctorum, sanctorumq; omnium, qui in veteri ac nouo Testam. iam inde ab orbis primordijs vixere, benedictiones comprehendisse.*

*Magna per gloriam quoq; Deus ei præstitit, utpote qui eam cum corpore simul & anima in cælos subueherit, & super omnes Angelorum hierarchias collocavit: quod eos in tantum stuporem admirationemq; compulit, ut simul omnes extra se quodammodo rapti dixerint; Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora conſurgens, p. chra ut luna, electa ut sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata; Aurea plane verba, & Angelorum ore digna, & insignes Virginis huius perfectiones includentia. Fuit enim inſtar aurore ante vitam in conceptione, pulchra ut luna in vita, omnis peccati & corruptionis experis, electa etiam ut sol post mortem, in glorificatione, terribilis denique ut caſtrorum acies ordinata; iam scilicet in Ecclesia ad fidelium omnium tutamen, ac defensionem.*

Virgo Angelos superat gloria.

*Cant. 1.*

*Magna denique per naturam in gloriosa hac Virgo regia Virgine a Deo facta sunt, erat inquit, si stirpe promundi maiestatem ac pompam spectemus, & nobili ac magna prognata propagine, stirpe regia ac domo David & veterum Patriarcharum sanguine, quibus nulla in orbe exſtitit profapia nobilior, descendens. Machabæus eius stemma indagans, & genealogiam recens, 16-gam deducit stirpem, qua eam iam inde ab Abrahamo, Haaco, Iacobo, Davide, Salomone, alijsq; inde ſequentibus regibus atceſſit ad v. q; Ioseph, cui ipsa in coniugem data, Liber generationis Iesu Christi filij David, s. y. Abraham, etc. quem deinde hoc cœcludit epiphonemato, Iacob autem genuit Ioseph unum Maria, d. qua natus est Iesus qui dicitur Christus. Concludam ergo ipse, eam & per naturam, & per gratiam, & per gloriam magnam semper exſtitisse.*

Virgo regia stirpe promundi maiestatem ac pompam spectemus, & nobili ac magna prognata propagine, stirpe regia ac domo David & veterum Patriarcharum sanguine, quibus nulla in orbe exſtitit profapia nobilior, descendens.

Virginis Genealogia

*Matth. 1.*

Ad hæc, ad magnitudinem eius & excellentiam non parum facit, natam fuisse parentibus & nobilissimis, & sanctissimis, Iochimo, inquam

Gen. 19.

inquam & Anna; ambebus è stemmate regio, & sceptrigero, id est, è tribu Iuda, è qua iuxta illud Iacobi præfagium, *Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec ueniat, qui mittendus est*, Reges Israel nascituri erant, descendentes. Et de sanctis his ac millies honorandis parentibus alius quidam Propheta prædixit mystico sensu. *Fundamenta eius in montibus sanctis*. Et tamen si ad litteram hoc de Ecclesia intelligi queat, cuius fundamenta sanctissima fuere, Apostoli scilicet, viri nempe vita sancti, & auctoritate, & dignitatis magnitudine in hoc mundo montes; mystice tamen non inscite de Deipara capi poterit, cuius fundamenta, id est, conceptio, natiuitas, origo & extractio in montibus sanctis, id est, parentibus pijsissimis, religiosissimis, iustissimis, sanctissimiq; fuerunt.

Psal. 86.

Virgo sanctos habuit parentes.

Ciuitatis celestis muri fundamenta è geminis pretiosissimis constrata sunt. Virgo Deipara insignis quædam ciuitas fuit, ac ciuitas plane celestis, cuius primus fundator fuit Deus, *E ipse fundauit eam altissimus*: verisimile ergo fit, fundamenta eius, conceptionem, id est, originem, ortum, natiuitatem omnigenis geminis, id est, omnigenis gratis, donis, charitativibus, benedictionibus ac prærogatiuis insignitam fuisse. Ac minime dubitandum est, quin è parentibus sanctissimis descenderit, quibus nulla aut honoris, virtutis, sanctitatis, aut iustitiæ pars defuerit.

Apo. 21.

Hac de re hora hac matutina ad vos dicere decreui, & propitio Numine beatissimæ ac sacratissimæ Annæ, reginæ hominum simul & Angelorum, quæque filium Dei mundo peperit, matris vitam, virtutes, & mirabilia omnia decurrere constitui. In quo vt methodice certoque procedam ordine, duas concio partes habebit, primo sanctæ huius matronæ coniugium ac genus exponam, deinde ad eius præconia dilabar.

S. Anna Ioachimopapta.

Primo ergo indubitarum est, sanctam Annam, parentibus annuentibus, Ioachimoviro integerrimo honore ac virtute pleno, Nazarethi orto nupsisse ipsam vero Bethleem; quæ duo oppida tribus sunt Iudæ,

natam fuisse. Quod vt manifestius & euidentius pateat, illa prius dissoluenda conuenientia, quæ in scholis, & inter Patres & plures hæc Ecclesiæ Doctores agitari consuevit, num buerit matrem sancta Anna Deiparæ mater solam ritos. hanc & unicam habuerit filiam, & maritum unicam, an vero plures & filias & coniuges. Magna sane hæc difficultas est, & perantiqua, & iam à multis inter Ecclesiæ Patres sæculis acriter ventilata & disceptata. In duas diuersi abeunt opiniones simul omnes, & duæ eorum statuuntur partes & cohortes.

Prima, eaque vulgaris, quæque & numero potior, pars docet sanctam hanc matronam tres habuisse maritos & filias, & è singulis singulas sustulisse. Opinionem hanc propugnant multi & perillustres viri, ijque numero plurimi. D. Antonius in Historijs, Magister Historiæ in historia Euangelica, Petrus à Natalibus Episcopus in Catalogo; Ludolphus in vita Iesu Christi, Eckius sermone de sancta Anna, Petrus Sutor libro de triplici Annæ connubio, Ioannes Gerson Vniuersitatis huius Cancellarius sermone de Natiuitate gloriosissimæ Virginis, aliq; per multi.

Tradunt ergo hi ac sustinent, B. Annam primo nupsisse Ioachimovi, eoque mortuo, Cleophæ; quin & hoc vita functo, cuidam tertio, nomine Salomæ: Ioachimovi peperisse gloriosam Virginem Dei matrem, è Cleophæ sustulisse Mariam illam, quæ vulgo ab Euangelistis nomine patris sui Maria Cleophæ nominatur; Salomæ natam illam tertiam Mariam, quæ in Euangelio iridè Maria Salomæ dicitur. Deiparam matrem Iosepho, Mariam Cleophæ Alphæo, Mariam Salomæ Zebedæo nupsisse. Filios autem trium harum sororum fuisse, primo Deiparæ Iesum Christum, verum Dei filium, ac mundiservatorem, Mariam Cleophæ quatuor peperisse, Iacobum minorem, Simonem, Iudam, & Iosephum cognomen Iustus; Mariam Salomæ duorum tantum matrem factam, Iacobi scilicet maioris & Ioannis Euangelistæ. Sacram hanc genealogiam veribus his complexus est Gerson loco superius indicato.

Ser de natiu Deipara.

Ill. 3.

Anna.

*Anna tribus nupsit, Ioachim, Cleopha,  
Salomaq;  
Ex quibus ipsa viris peperit tres Anna  
Marias:  
Quas duxere Ioseph, Alpheus, Zebe-  
deusq;  
Prima Iesum, Iaco' um, Ioseph cum Si-  
mone Iudam  
Alteram dat; Iacobum dat tertia, datq;  
Ioannem.*

**Mantuanus** *Quin & in Fastis suis sacris Baptista Man-  
in Fastis.* **tuanus:**

*Anna puerperio fortunatissima sancto  
Tres habuisse viros, & tres habuisse pu-  
ellas  
Dicitur, &c.*

Validis opinio hæc nititur fundamentis,  
& prægnantissimis asseritur rationibus. Qua-  
rum hæc prima est, & Glossam Ordinaria vt  
auctorem agnoscat, ita in epistolam ad Gala-  
ras glossantem, *Morsuo Ioachimo Cleo, ha' fra-  
te: Ioseph Annam accepit uxorem, & genuit Ma-  
riam, qua nupsit Alpheo* Idiplum legere est in  
prologo S. Hieronymi, quem Epistola D. Ia-  
cobi præfigit. Duo hi opinionem hanc & ra-  
tionem primam mirifice confirmant & cor-  
roborant.

2. Ratio. Secunda. Certissimū est, & è multis Scri-  
pturæ locis aperte eruitur, Christo fuisse fra-  
tres & sorores, vt illo Ioannis 2. *Descendit in  
Capharnaum ipse & mater eius, & fra res* & ex  
epistola Pauli ad Galatas, *Alium Apostolorum  
vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini, &  
illo Matthæi, Ecce mater eius, & fratres sta-  
bant foris querentes ei' o'ni.* Denique illo  
Marci 6. *Non (aiunt Iudæi) hic est filius Mariae,  
frater Iacobi & Ioseph, & Iudæ & Simonis? non-  
ne & sorores eius hic nobiscum sunt?* fratres au-  
tem hi Virginis proles non erant, quod vel  
cogitare impium foret; ergo sororum eius fi-  
lij, & Iesu Christi consanguinei, atq; idcirco  
fratres eius dicti.

3. Ratio. Tertia. S. Ioannes Euangelista Christo san-  
guine fuit proximus, vt ex Euangelio colligere  
est, verisimile ergo fit, illum è gloriosa  
Virginis sorore natum esse. Probarur assum-

ptū. Indecens enim fuisset & minime ex De-  
paræ honore, tanto eam tempore cum viro  
commorari, & tam cum eodem familiariter  
agere, cui non consanguinitatis gradu iua-  
tissima foret. In rei huius confirmationem  
facit, quod mater eius primas à Iesu Christo  
sedes eius in regno filijs suis petere ausa fue-  
rit, nixa videlicet maximæ illius necessitudi-  
nis vinculo, & consanguinitatis, vt pote facta-  
tissimæ Virginis soror, ac proinde matere-  
ra eius, à quo rem hanc tam enixe contem-  
debat.

Quarta. Ioannis capite 19. Maria Cleo-  
phæ manifeste clareque matris Dei soror di-  
citur, his verbis, *Stabat,* inquit Ioannes, iu-  
xta ac uicem Iesu mater eius, & soror matris eius  
Maria: leopha, & Maria Magdalene. Si ergo  
eam Ioannes Deiparæ sororem vocare non  
veretur, efficitur accessario, Annæ eam fi-  
liam fuisse. Hæc sunt primaria opinio huius  
ius robora, & præcipua argumenta, quibus  
auctores hi generose ac publice suam hanc  
causam propugnant. Tameñ Scholasticus  
quidam sæculi huius scriptor eam miri-  
fice labelactarit, eiusque auctores vt vecor-  
des & neficios fugillari; quasi nulla aïros  
neque Scripturæ auctoritate, neque histo-  
riarum fundamentis, & omnes omnino Do-  
ctores rectius sentientes calamo eam ac vo-  
ce oppugnare; esse enim petram scandali,  
& vniuersalis omnium contradictionis  
scopum. Hæc eius verba. *Huic sententia ab  
omnibus contradicitur, quippe qua nullum ha-  
beat fundamentum, neque in Scripturis, neq; in  
historiis.*

Secunda ergo opinio penitus contraria  
est, & in aciem prodit arma veritatis vibrans,  
declarat scilicet sanctam Annam non  
sibi vni coniugi nuptam fuisse, & vnā dun-  
taxat filiam genuisse, gloriosam scilicet Vir-  
ginem Mariam. Partem hanc vt pote proba-  
bilissimam tuentur plures ijque grauissimi  
tum Græci tum Latini Patres. Primus huic  
subscribit Euthymius, qui in hæc Ioannis  
verba, *Stabat iuxta crucem Iesu,* scribens,  
credit Virginem Deiparam vnigenitam ma-  
tri filiam fuisse, asseritque sororem matris Do-  
mini eo loco tantundem valere, quod co-  
gnatam.

Bam-

*Gloss. ord. ad*

*Gal. 1.*

1. Ratio.

2. Ratio.

*Ioan. 2.*

*Gal. 1.*

*Matth. 12.*

*Marci 6.*

3. Ratio.

*Medius; p. 9, 3. art. 1.*

*Euthymius Ioan. 19.*

*Theophyl.* Eandem veritatem tuendam suscipit  
*Ioan.* Theophylactus inter Patres Græcos non  
*Harv.* vulgaris nota, & eo ipso Ioannis loco negat  
 Mariam Cleopha Deipara sororem fuisse,  
 sororem tamen dictam, id est, cognatam. S.  
 Epiphanius eandem sententiam secutus, as-  
 firmat Mariam Salomæ Virginis Deipara  
 sororem non fuisse, sed Iosephi filiam. Eidem  
 veritati nuperis scriptoribus ad stipulantur  
 Lipomanus in historia Sanctorum; ei con-  
 cinnunt Illustrissim. Cardinalis Baronius in  
 suo ad Annales Ecclesiasticos apparatu, Re-  
 uerendus Pater Canisius libr. 1. Marialis ca-  
 pit. 4. & inclytus ille Theologorum princeps  
 Franciscus Suarez, quorum omnium con-  
 stans & indubitata opinio est, non nisi uni-  
 cum Annæ maritum fuisse, Ioachimum sci-  
 licet, & unicam filiam, gloriosissimam nempe  
 Dei matrem Mariam. Quibus eam stabili-  
 unt rationibus, ad sex potissimum capita  
 reuocantur, quas iam ordine vobis deductu-  
 rus sum.

*Ratio.* Prima. Honor, excellentia, magnitu-  
 do ac dignitas sacratissimæ Virginis, in ma-  
 trem Redemptoris selecta ac prædestinata,  
 quæque miraculosa quadam ratione, post  
 statam iam vtriusque parentis sterilitatem,  
 in mundum nata erat, merebatur ac postu-  
 labat, solam eam & unicam in sanctæ An-  
 næ familia esse, non secus atque Isaac in A-  
 brahæ, ac Ioannes Baptista in Zachariæ.  
*Leana nō-  
ni vnicum  
puit.* Tradunt qui de animalium natura scribere,  
 non nisi vnicum semper esse leonæ catulum na-  
 sci, quod scilicet quadrupedum omnium  
 rex ille sit: cui proinde natura socios aut fra-  
 tres nascenti dare detrectat. S. Annam ergo,  
 quæ diuino decreto ac nutu in matrem Dei-  
 para electa erat, verisimile sit nunquam ali-  
 am concepisse prolem; & quia cunctarum il-  
 la creaturarum erat regina, hinc hoc magni-  
 tudo & maiestas illius donari privilegio di-  
 gna erat.

*Ratio.* Secunda. Nefas est cogitare, nedum cre-  
 dere, aut affirmare, ea mulierem sancti om-  
 nia, & honestate, qualis sancta Anna erat,  
 quæ post longam illam sterilitatem, singu-  
 lari quadam Dei prerogatiua, nec sine mi-  
 raculo, Deiparam produxerat, tali filia ac  
 coniuge Ioachimo contentam minime fuis-

se, sed eo vita functo alijs nupsisse, & ad res-  
 tias vsque nuptias conuolasse. Redolet hoc  
 enim, nescio quam lubricitatem, & animi  
 inconstantiam sapit, & aliquam in carnales  
 voluptates pronitatem & incontinentiam vi-  
 dui indecoram. Vt taceam hoc eum virtute  
 minime consistere, castas aures offendere, pu-  
 dicitia honori non paruum afficere macu-  
 lam, carnalitati ac libidini trophæa erigere,  
 mortificationem omnem tollere, & honesti  
 nominis matronæ famam non mediocriter  
 deterere.

Portia Romana, quam virtus & vi-  
 dualis continentia apud omnes illustrem ce-  
 lebremque reddiderat, eum iuuenulam  
 quamdam musicis extolli laudibus audiret,  
 quæ ad secundas patricij cuiusdam illustris  
 nuptias transfisset, ilico subintulit, se eas par-  
 ti facere viduas, quæ primo amisso coniu-  
 ge in alium etiam quantumlibet inclytum  
 nobilemque virum amorem transferrent,  
 negabarque eam ut honestam habendam,  
 quæ amorem a priori coniuge extincto in  
 alium virum deuaret. Si ex Portiæ sen-  
 tentia vere ita se res habet, hinc sine du-  
 bio sequeretur, S. Annam post tot nuptia-  
 rum celebrationes non modo non laudan-  
 dam videri, sed & nomen decusque suam et-  
 iam ex mundi sententia, non exigua macula  
 infecisse.

Dicitur turtur, cui sponsam suam sponsus Turtur sym-  
 in Canticis parem esse dicit, quæque veræ ca-  
 bolum castitatis symbolum, & imago est continentia, sicutis ac  
 amisso compare masculo, nunquam alteri continen-  
 iungi, sed in perpetua viduitate perseverans. *Ratio.*  
 semper in aridis arborum ramis nidos con-  
 struere, & non nisi turbidis cornosisque aquis  
 bibere. Quo naturali exemplo docemur, ve-  
 ram honestarum matronarum fidem ac con-  
 tinentiam non nisi in vno diligendo marito  
 consistere, eoque extincto ad alias nuptias  
 non conuolando. Verisimile ergo sit, vi-  
 duam adeo sanctam, virtutum studiosam, li-  
 bidinis domitricem, pudori que ita deditam,  
 qualis haud dubie beata Anna erat, a iuibus  
 insipientiorem, ac naturalis consuetudinis  
 penitus immemorem, pudoris sui adeo  
 negligentem eo incontinentiæ venisse, ut  
 plures sibi iunxerit viros, & plures pepererit  
 filias.

Portiæ  
 Rom. sen-  
 tentia de  
 viduis se-  
 cundo nu-  
 bentibus.

filiis? Equidem in animum vt credam inducere nequeo.

3. Ratio. Tertia Non solent parentes, vilo in loco, aut vllas apud gentes, idem omnibus fami-  
 Non est moris idem liae suae liberis nomen imponere, sed potius e  
 omnibus v- contratio nominum diuersitate ac discrimi-  
 nius familie ne numerosam e sese natam prolem distin-  
 prolib. no- guere, & internoscere. Aduersarij vero opi-  
 me indere. nionis huius docent tres sanctam Annam pe-  
 perisse filias, & eodem MARTA singulas no-  
 mine donatas. quod nemini haectenus visum  
 vel auditum. quare efficio, probabile aut rati-  
 onem consentaneum minime videri, imo nec  
 verosimile, plures eam vna filias habuisse.  
 Quartam addamus.

4. Ratio. Anna, matrona venerabilis, etate iam pro-  
 uecta erat, dum Virginem Deiparam edidit,  
 non ergo deinceps duplex adhuc matrimo-  
 nium inijt, nec duplicem naeta maritum est.

S. Anna 20 Annis grauem fuisse, antequam Mariam Vir-  
 annis man- ginem peperit, hinc eruo, quod viginti ipsis  
 sit sterilis. annis in matrimonio sterilis manserit, vti in  
 Breuiario Romano legitur. Si ergo Ioachimo  
 nupserit anno circiter etatis vicesimo, qua-  
 dragesimum haud dubie agebat, cum primu  
 foetum in auras dedit. Deinde vix credibile  
 videatur, Ioachimum ilico post foetum edi-  
 tum ad Patres appositum esse, & viduam An-  
 na, eo defuncto ad alias statim nuptias tran-  
 sisse, tum aut secundum tam cito exspirasse,  
 & eum ab Anna non deploratu & viduali plan-  
 ctum luctu esse, neue eam adeo coniugis  
 impatientem fuisse, vt ad tertias statim nup-  
 tias conuolarit. Ratio haec valida mihi &  
 consona videtur, & aduersarias acriter partes  
 premere.

5. Ratio. Accedat tamen & quinta. Ipse mundi  
 Redemptor Iesus summus puritatis & virgi-  
 nitatis maternae existit amulator; ergo &  
 continentiae honestatisque in auia sua An-  
 na. Non ergo permisit tot eam maritis, ac  
 tam vario connubio iungi, quod ex parte  
 probrosum est, & euidentis summae incontinen-  
 tia nota.

6. Ratio. Sexta & vltima opinionis huius ratio haec  
 esto. Fidem omnem superat, quin imo ita  
 se habere, cogitare plane nequeo, sanctam  
 hanc Deiparae Virginis matrem Annam in-  
 feriozem fuisse alteri illi Phauclis filiae An-

Luc. 2.

nae, quae Euangelio teste, cum septem in co-  
 iugio egisset annos, vidua ad annos octo-  
 ginta quatuor mansit. Verisimile quibque Anna filia  
 non est, Iudith pudore, virtute, puritate, & Phauclis  
 qualicumque demum castitate hac nostra vidua ma-  
 Anna superiore excellentioremque fuisse: sit ad an-  
 vtpote quae primo marito datam fidem ad- num 84.  
 eo inuolatam sanctamque custodiuit, ali- Iudith se-  
 um vt cognoscere, aut ad secundas conuo- cundo nu-  
 lare nuptias noluerit. Quis ergo credat, imo bere noluit.  
 vel cogitet, Annam nostram his inferiozem  
 imparemque longe fuisse? & Ioachimo vi-  
 ro prudentissimo, totque donis, virtutibus,  
 meritis illustri, ac coniuge dilectissimo, ac  
 primo defuncto, alijs dein duobus nup-  
 sisse? quod reuera & absurdum, ac nefas est  
 credere, & plane commentitium videtur,  
 neque vllam apud viros cordatos fidem in-  
 uenit.

His omnibus attente matureque exami-  
 natis, & rationibus vtrunque allatis in re-  
 cti iudicij libra appensis, secunda opinio &  
 probabilior & certior videbitur, nec Eccle-  
 siae, Patribus, vel S. Scripturae vilo modo ad-  
 uersari. Non quidem Ecclesiae, quod ipsa tum  
 in Lectionibus, tum in officio de S. Anna, Probabili-  
 nullam trium eius maritorum, nec trium fi- or de ma-  
 liarum mentionem faciat. Non etiam Patri- trimonio S.  
 bus, nullus enim illorum triplex hoc matri- Annae opi-  
 monium, triplicemque eius partem vel lin- nio.  
 gua, vel scripto asseruit. Tum denique sa-  
 crae Scripturae non repugnat; quidquid enim  
 ipsa hac de re scribit, verissimum quidem est,  
 etsi tamen hinc efficere non velimus, tot  
 Annam coniugibus iunctam fuisse, aut tot  
 genuisse filias.

Ad horum stabilimentum, praeter ratio- III.  
 nes iam antea contra aduersarios productas, Noua ra-  
 velut nouos testes producturus alias qualdam tiones, qui-  
 considerationes adnectam, ob quarum pon- bus proba-  
 dus hanc sum partem sequi, & tueri causam tur S. An-  
 coactus. Primo, quod nulla probabilis exstet nam plures  
 historia, aut monumentum certum, in quo non habuit  
 planum fiat, duas Annae aut plures filias fuisse filias.  
 se; credendum ergo potius, quod & dignita- 1.  
 ti Virgineae convenientius ac decentius, &  
 ad eius decus, & matris honorem propius  
 spectat, quod demum a veritate & aequitate  
 maxi-

maxime dependet, ad alias eam nuptias non transisse.

Secundo, docentes S. Annam plures vna habuisse filias, hoc auctoritatem habet Joannis cap. 19. erunt. Dicunt tamen loci huius interpretes, sororem ibi pro affini vel cognata accipiendam, & sensum esse hunc, *Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius*, id est, affinis, vel cognata matris eius, *Maria Cleopha*. Vt & illo Marcio lo, *Nonne & sorores eius* id est, Christi cognatae, *hic nobiscum sunt?* Solet siquidem scriptura sacra fratrum nomine cognatos, & sororum cognatas exprimere. Sexcenta huius phrasos afferre exempla queam, quibus quod dico confirmetur, sed vnum est Tobias historia depromam, ubi Tobias iunior ita Deo supplicat: *Tu scis, quia non luxuria causa accipio sororem meam*, quo loco cognata per sororem accipienda est: certum quippe est, Saram uxorem non sororem eius, sed cognatam duntaxat fuisse. Atque hæc est magnorum illustrumque Ecclesie Græcæ luminum scripijs deprompta sunt, Euthymij inquam & Theophylacti.

At si exactiorem difficultatis huius habere resolutionem ac notitiam velitis, ac perspicue nosse, in quo hæc cognatio aut consanguinitas eorum, qui Christo sanguine adeo proximi fuisse dicti sunt, consistebat, & queenam fratres illi & sorores attribuendi fuerit occasio; sciat oportet, Cleopham, Iosephi sponsi Deiparæ fratrem, proinde affinitatis iure, Mariam Cleophae, Deiparæ Virginis sororem fuisse. Ac propterea Sancti Iacobum Minorem, quod Cleophae (qui est Bedæ sententia aliter dictus est Alpheus) esset filius, fratrem, id est, cognatum affinemque; Redemptoris dictum esse: ut enim S. Augustinus ait, Omnes consanguinei Virginis, fratres erant Christi.

Accedit adhæc, linguam Hebræam ieiunam maxime, & in verbis inopem, & angustis admodum limitibus circumscriptam, cum suis in sensibus & conceptibus se dilatare nequeat, eidem sæpe verbo plures dare significationes, easque inter se aliquando disparatas: cum est contra Latina & Græca verba sint, copiosa & verbis abundantes, latif-

*Bessai tom. 3. De Sanctis.*

simeque se diffundentes. Hinc Hebræi verbis nominibusque destituti necessarijs, fratrum nomine cognatos, & sororum cognatas donant. Atque hæc primaria ac potissima causa est & origo, ob quam in sacris litteris fratres habuisse Redemptor dicitur, quod nomen, cognatis exprimendis dedicatum & usurpatum, sæpe etiam ad fratres denotandos adhibeatur. Nō me fugit adhæc, Patres Græcos, Chrysostomum, Epiphanium, Origenem, aliosque; in ea esse sententia, ac docere, eos qui fratres Domini in Evangelio dicuntur idcirco fratres dici, quod Iosephi essent filij, qui Virginis erat coniux, & putatius hominum opinione, Redemptoris patens, sed hæc mouere in præsentiarum litem nolo, nec discutere, tum quod temporis coarctet angustijs, tum vero, quod parui controversiæ huius diremptio emolumentum foret atque compendij.

Omnibus ergo ita discussis, examinatis, & Parentes exploratis, notissimum est, sacratissimæ Virginis Mariæ, filij Dei matris, vnicæ ac solius matris suæ prolis, parentes fuisse, Iochimum & Annam, quos ob eximia castimoniam tunc pariter dicere Damascenus non erubuit, quibusque hoc canit elogium: *O castissimum pariter utrumque ratione præditarum, Iochimum & Anna! o par beatum! vobis omnis creatura obstricta est: per vos enim donum omnium donorum præstantissimum creatori obtulit, nempe castam matrem, quæ sola creatore digna erat. O beatum Anna veterum, qui vniuersum cælum cælis ipsi solatus peperit?*

De ipsdem sermonem instituens Nicephorus sic loquitur, *Ambo erant accuratioris vitæ præstantes, nec non primis quibusque & splendidissimis nobilissimisque genere conuincti.* S. Gregorius Nyssenus est nescio qua historia veteri prodidit, Iochimum Virginis patrem, inter eos, qui in lege Mosaica summam vitæ perfectionem sectarètur, atque virtutum exercitio sese totos occuparent, quo tū moris erat, facile principè & caput fuisse, & acquisitis habitu virtutibus, nimium quantum excelluisse. Ipse quoque auctor libri, cui nomen *de ortu Virginis*, apud D. Hieronymum, tribus verbis & quam paucissimis, sanctorum horum coniugum vitæ historiam complectitur, *Vita,*

M m m inquit,

inquit, *Ioachimi & Annæ simplex & recta apud Deum, apud homines irreprehensibilis erat & pia.* Ceterum satis superque; S. Scholasticorum more, quaestionibus dubijsque; prima hac parte occurrentibus proponendis dissolventisque immorati sumus; iam ad moralia & ethica descendamus, & paucis Annæ perfectiones, excellentias, laudes & præconia, quæ altera nos parte facturos promiseramus, recenseamus.

IV. Hoc ergo ut stadium decurrere incipiamus; verus Ecclesiæ sane traditio est, quæque; ab illustribus eminentibusque; Patribus asseritur, Ioachimum & Annam, è nobilissimo Davidis stemmate descendentes, Virginis Deiparæ parentes fuisse; ita namque; docet Hippolytus Martyr, Apostolorum discipulus, apud Nicephorum in historia Ecclesiastica, & concinunt Epiphanius in hæresi Collyridjanorum, & Ioannes Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa. Adeo ut, cum communi Ecclesiæ traditione, tum manifesto trium horum Patrum testimonio constet, gloriosissimam Annam, una cum coniuge Ioachimo, è stirpe David progenitos fuisse, & domo nobiles & illustres.

Accedit D. Augustinus, & Epiphanius hæresi 70. simul & D. Hieronymus, qui nobilitatem Ioachimi & Annæ cum eorundem virtute, & stirpis familiarique decus cum vitæ sanctimonia pariantes, nobilissimos eos iuxta ac sanctissimos fuisse tradunt, ac viginti ipsi annis prole & hærede (quod Anna sterilis esset) caruisse; cumque; quadraginta diebus assiduo ieiunio simul & orationi vacassent, apparuisse ipsis Angelum, & Virginis Gloriosissimæ illis natiuitatem promississe. S. Hieronymus in alia discedens, in tres eos patres facultates suas ait dispersitos, quarum prima templo celsit cultuique diuino, secundam pauperibus, tertiam denique in vitæ necessaria re-feruarunt.

Ioachim & Anna bonam et sanctam vitam duntaxat sua in tres partes diuiserunt. Recensere sit animus ac sententia: tametsi nequeat, quin laudata vxore simul & laudetur maritus. Ut n. in facultatibus, pietatis exercitijs, amore, affectu aliisque rebus pijs

Hippolyt.  
Mart. Ni-  
ceph. lib. 2.  
hist. Eccles.  
c. 3.

Lib. 4. de  
fid. c. 15.

Lib. 23. con-  
tra Faust.  
c. 9.

coniunctissimi fuere, ita & in laudibus & præconijs inseparabiles iunctique sint oportet; die tamen hodierna Annæ solius Panegyristen agam. In quo, si quod à nomine trahendum omen & augurium, dico, quatuor in sacris literis Annas reperiri, & eas omnes sane perillustres, virtute nobiles, sanctitate admirabiles, æternisque singulas dignas laudibus.

Primam in clyro hoc dictam nomine comperio matrem Samuelis, de qua primus Regum meminit liber, cordatam illam, prudentem & illustrem Annam, cui vicissim maritus prudentia, honestate, ac pietate eximius obrigit Helcana de Ramathaim. Erat hæc similiter sterilis; quod illa probrum parum æquo ferens animo, & prolem à Deo postulans cælitus fuit exaudita, filiumque dono nacta est, qui Samuelis donatus est nomine: quem ablactatum ipsa ilico in domum Domini tum in Silo commorantis attulit, & ei à quo acceperat obrulit, eiusque cultui & ministerio voluit æternum esse consecratum.

Secunda, quæ hoc nomen promeruit, fuit illa è tribu Nephthaim, tempore captiuitatis tribu Israël in Ninive, viri sanctissimi Tobie vxor, & Tobie, qui Raguelis duxit filia, & Angelum Raphaelem indiuisum viæ longæ comitem habuit, mater.

Tertia fuit filia Phanuelis, quam Lucas Euangelista depingit, ea castimonia & sanctitate; ut insigni continentia nota ad annum vsque ætatis octogesimum in viduitate permanferit; sanctitatem vero testatur, assiduo ieiunio precibusque vacauerit, nocte dieque à templo non recedens, quæ propterea una cum sacerdote Simeone donum prophetiæ promeruit, cum infans Iesus in templum illatus est Domino præsentandus.

Quarta vero ac postrema, omniumque nobilissima ac sanctissima, fuit S. Anna gloriosissimæ Virginis mater, quam hodie Christianus orbis qua patet, colit & reueretur.

Non me latet insuper, fuisse & apud Romanos olim Annam, cui nomen *Perenna*, cuius tam illustre apud eos erat nomen & fama, ut in

Quatuor  
sacris lite-  
ris Annæ  
nomine re-  
censentur  
dibus.

Anna ma-  
ter Samue-  
lis.

Luc. 2.

Anna Pe-  
renna mu-  
lier apud  
ethnicos  
celebris.

ut in

vt in Dearum relata sit numerum, hinc inter varios disceptatum est, eorumque hæc femina foret, & vndenam venisset. Credunt siquidem nonnulli Didonis tantopere à Poetis celebratæ sororem esse. Alij Lunam esse sibi persuadent, quod è mensibus anni consentit, ac proinde ipsa temporis longitudo ab ijs dependeat & in ijs sita sit; menles quoque ad lunæ cursum & distinctionem dimectantur. Alijs insedit opinio, Annam hanc Perennam celebrem Romæ matronam fuisse, quæ comitatu olim Populo Romæ summa annonæ penuria laboranti & ad extrema redacta auxilio fuerit; adeo vt nisi pia hæc mulier opem tulisset, fame omnes ad vnū perissent. Hæc communi senatus consulto statua illi à republ. in grati animi signum beneficijque accepti memoriam decreta est, vtq; ita perpetua & perennis apud Romanos foret, & semper à populo coleretur, per quam factum erat, ne funditus populus interiret. Meminerit huius Poetæ, & Ouidius in fastis in primis:

*ipsa loqui visa est, placidi sum nympha  
Numici,  
Anna Perenna latens, Anna Perenna  
vocat.*

Tametsi vero omnes hæc fabulæ & Poetarum commenta ad veritatem vel hilum facerent; equidem vobis ipse auctor sum, vt credatis, inter Annas omnes, quas tantopere orbis suspexit, coluit, & reueritus est, nullam laude digniorem illustrioremque hæc ipsa nostra, Virginis sanctissimæ matris, & matronarum omnium, quas vlla viderunt sæcula, regina extitisse. Hæc ipsa præ omnibus & inter omnes, honoris statuas, trophæa, pyramides, marmoreas æreasque statuas & rostratas, quin & immortale nunquamque intermoriturum nomen meretur.

Num mulieres laudandæ fuerint, ambigebant veteres.

Non possum, quin mecum ipse rideam, dum veterum ineptias Philosophorum accuratius perpendo, disceptantium ambigentiumque, num mulierum essent virtutes deprecandæ publicoque decantandæ præconio. Plutarchus sane magnus ille vir do-

cente non est veritus mulierum nec virtutes, *Plutarch. de virtutibus mulier.* nec vitia esse cuiquam manifestanda; crederetque illam inter scæminas omnes & primam & dignissimam & præstantissimam habendam, cuius nulla foris vel ad vituperium Leontinus vel ad laudem fama sit, & cuius neminè non aiebat ma-  
actiones lateant, nec palam sint. E contra veronam ro Gorgias Leontinus mulierum famam ac virtutes deprecandam propugnans, tametsi species uulgandas, ac venustas mulierum occultanda sit, virtutes tamen earum omnibus innotescere debere contendebat.

Et sane prudenter admodum & sapienter Philosophus hic censuit; cuius opinioni etiam accedens Spiritus sanctus mulierem bonam sanctamque deprecandam docuit, eiusque virtutes, ac bona opera meritaque passim celebranda. In Prouerbij *Prou. 11.* namque legimus, *Date ei d. fructu manuum suarum, & laudens eam in portis opera eius,* in omnium scilicet conspectu. Si qua autem vquam laudari meruit mulier, Anna certe in primis laudem & præconia promeretur, cuius nimirum opera manuum plane fuere admirabilia, & virtutes quodammodo infinitæ.

Sane si Dei sanctos, & in sanctis Deum S. Anna laudare & celebrare iubemur a Psalre dicen-  
*Deiparâ sic, Laudate Dominum in sanctis eius,* longe sane ne peccato æquius & potiori iure in parem illi, & originali sanguineis, & in Anna præsertim laudandus concepit; est; de cuius virtute ac sanctitate minime est dubitandum, cum certissima credamus fide, Deiparam ab illa sine peccati originis labe conceptam esse, eamque diuinitus inter reliquas mulieres electam, quæ Messia: auia foret. Ecquæ hæc dignitas, quantum hæc illi honorem adfert & decus? quantopere hæc cæteris illam præfert mulieribus?

Vt singulares olim prærogatiuas ac beneficia quædam ingentia Abrahamæ & Dauidi promittit Deus Messia: illos proavos & maiores, tametsi longa nepotum interiecta serie, fore. Atq; hæc fuere beneficia illa magna, quæ Dauidi Nathan Propheta exprobrauit dicens, *Si hæc tibi parua videntur, adiciam tibi 2. Reg. 12. maiora.* Magna Dei beneficia eaque temporalia & corporalia in Dauidem cælitus collata iam recensuerat, & maiora silentio inuol-

Promissa  
Abrahæ &  
Dauidi de  
Messia fa-  
cta.

uit. Sed quænam illa? sane, vt alia prætermittam, quod promissum cœlitus accepisset, eius è posteris Messiam oriturum, *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Quod adeo magnum immensumque est beneficium habitum, vt idcirco in lachrymas profuisset Ezechiam regem, audito è Propheta propediem se inopinato emoriturum, auctor sit Diuus Hieronymus. Videbat namque iam illiberem se esse, hæde omni carere, ac proinde moriente se, promissum Dauidi de Messia è se nascituro, factum penitus concidere & euanescere, hæc scilicet lachrymarum illi ac doloris causa erat. Quod? si tam illustre, & vt ingens habitum fuit beneficium, Messia ac Iesu Christi parentem non nisi longe distitum esse, quales fuere Abraham, Dauid, & Ezechias; quanto maior, obsecro, futura gloria, quantoque dignius, proximum, cuius parentem, quin imo auiam existere? Honor hic Sanctæ Annæ reservabatur, vt pote omnium honorum maximus, ac præcellentissimus.

Cap. 17.

Abraham Patriarcha dādum sibi è Sara filium audiens, qui à Deo benedicendus esset, illico in terram pronus ac venerabundus cōcidit, non tam coram Deo se humiliaturus, eique gratias acturus, quam quod tanti sub beneficii, falce & onere fatiscens, suis id humeris pondus minime sustinere se posse fateatur. Quid de sancta ergo Anna dicem?, que in Dei filij auiam proximamque mundi Redemptoris parētem assumpta fuit? anne quid simile vnquam homini euenit? parne cuiquam honos obrigit?

Magna Annae dignitas auget, quod immaculata Virginis Mariæ, Dei paræ matrem fuisse.

Dignitatem excellentiamque S. Annæ adnatae dignitas auget, quod immaculata Virginis Mariæ, Dei paræ matrem facta sit. Si enim Sapiens iudicio, *Fi tuus sapiens gloria est Patri;* non minus quoque filia prudens & cordata matris suæ futura est honor & ornamentum. Cum ergo S. Annam prudentis, sanctæ, perfectæ, adeoque admirabilis filia fuerit mater, quanta eius futura est gloria? quanta dignitas? quam admirabilis excellentia?

Item 15.

Si Ioanni Baptistæ Zachariæ filio tanta collata sit iam inde ab vtero materno sanctificatione, vt & in matrem illa redūdarit, adeo vt

& Spiritu sancto, sicuti recte Beda obseruat, *Luc. 1.* repleta fuerit; quidni ipsum Annæ nostræ, in *Beda in Bodam* filia suæ sanctificatione, contigisse credamus, cum hæc illa fuerit maior, pluribusque gratijs & benedictionib. insignita? si simplex Messia seruus & præcursor tantum matri honorem & beatitudinem peperit, cur hominum simul & Angelorum regina, filijque Dei genetrix non maiorem longe suæ affectat? An non Annæ, quæ Verbi incarnati & Saluatoris omnium mortalium matrem vtero tulit, conditio ac fors Elisabethæ forti preponderabit, quæ non nisi hominem in mundum edidit?

Tantis Deus Obededom Gethai domum benedictionibus cumulauit, quod arcam testamentij ad menses aliquot demum seruasset, vt Scriptura dicat, *Benedixit Dominus Obededom, & domum eius propter arcam Dei.* Vnde hoc officio, si Lewitæ huius domum ita benedixit Deus, quod arcam fœderis domo duntaxat excepisset; Anna vero cum domus fuerit, in qua diuinorum thesaurorum arca, sacratissima inquam Virgo, Dei mater, nouè mēsum spatio commorata est; e quas illam ideo benedictiones, gratias, charismata cœlitus accepisse, quanta beatitudine donatam credemus?

Vere itaque de illa dici illud è Deborah de lahele cantico potest, *Benedicta inter mulieres iud. 5.* *Label, & benedicatur in tabernaculo suo.* Benedicatur lahel in tabernaculo, quod in eo Sifaram hostilium copiarum ducem confecisset: Sancta Anna vero inter mulieres omnes benedicta est, & ab omnib. omnino Christianis benedici meretur in tabernaculo suo gloriosa inquam Virgine, quam ipsa velut tabernaculum filio Dei destinatum tulit, & in qua non iam Sifara, sed inferorum tyrannus demon, & rebellium ac præuarantium omnium princeps iugularis est; ipsa namque serpentis comminuit caput, & robur hostile potenti manu confregit, hanc ob causam sancta hæc mater æternas promeretur laudes & benedictiones.

Refert Alexander ab Alexandro vinea *Lib. 4. c. 9.* quoddam admirabile genus esse, quæ pampinos & folia aurea, racemosque auri instar gemmarumque rutilantes proferat. De rei huius

Vinea, fo- huius veritate disceptare nolo, nec curiosius  
 lia vnaque indagare: dixerit nihilominus S. Annam vel-  
 aucti colo- ut egregiam quandam fuisse vitem in Iudaea  
 ris proferē- conlitam agro, & auratas frondes protulisse,  
 tes. admirabilem inquam virtutes, & racemos au-  
 ri instar fulgentes & gemmarum in morem  
 resplendentes, Virginem inquam Deiparam,  
 quae de se ipsa ait, *Ego quasi vitis fructificavi*; &  
 alio loco legitur, *In fimbriis aureis circumami-  
 sta varietatiuis*. Vti vna fulgor vineae decus  
 & ornamentum addit, eamq; reddit admira-  
 bilem; ita filiae huius magnitudo, maiestas &  
 excellentia, matris virtutes, gratias, ac merita  
 mirum in modum perfecta reddit, omnibus  
 que numeris absoluit.

Fulgosus auctor, Lucullo in Asia agenti  
 terribile in somnis atq; horrendum spectrum  
 se obtulisse, dixisseque: *Luculle, amicus tuus  
 venit, et te um sit, & commoretur*. Excitatus ergo,  
 & quid haec species portenderet incertus,  
 dum animo hoc ipse visum volutat & excu-  
 tit; ecce tibi repente affertur nuntius, Roma-  
 nos naues aliquot Siculas in fugam compul-  
 sisse, quae clade perterritae statuum quandam  
 marmoream in litore deseruere; in quam ipse  
 postmodum obambulans incidit (erat autem  
 rem amici illius statua: ) hanc ipse cum consi-  
 derasset & circum undique intuitus esset, ni-  
 hil se magni inuenisse ratus, inuentum con-  
 temnbat. At cum tolli eam iussisset, vix loco  
 moueri potuit. E pondere ergo aliud in ea la-  
 tere agnouit, quam sibi ipse ante persuaserat:  
 igitur aperiens inastimabilis in ea pretij the-  
 saurum reperit. Haecce Luculli statua Annae  
 nostrae interioribus anima que persimilis e-  
 rat. Ipsa namque exteriori quidem schemate,  
 & in oculis hominum, vere inutilis statua e-  
 rat, mulier inquam ab alijs non differens; sed  
 cordis eius thesaurum & animae merita si quis  
 consideret, & pro dignitate ponderet, nulla  
 ponderosior, maiorisq; pretij mulier existi-  
 tasse comperietur, utpote incomparabili the-  
 sauro & cimelio pretiosissimo, Deipara in-  
 quam matre, plena, haec namq; gratiarum om-  
 nium thesaurus, de qua scriptum est, *Multa  
 filia congr. gauerunt sibi diuitias, tu supergressa es  
 vniuersas*.

His omnibus ergo rite ac pro merito exa-  
 minatis, & ob rationes, quas paulo post sub-

iangam, assero, S. Annam, vna excepta filia, S. Anna, v-  
 omnibus quae ante exstiterant, & futuris re- na excepta  
 tro seculis exstabant, mulieribus, sanctitate Deipara, o-  
 gratijs, meritisq; praecelluisse, ac superiorem mnibus mu-  
 fuisse. Quod hoc pacto confirmo: Quicum- lieibus  
 que ad aliquod à Deo opus exequendum e- praecellit.  
 lectus est, eo ipso ad extremum gratiae gradum  
 euehitur & singularis in eum sanctitatis praer-  
 rogatiua confertur: & quo opus & munus, ad  
 quod vocatur, maius est & eminentius, eo &  
 maior illi gratia communicatur, per quam ad  
 opus hoc & officium dignus reddatur. Huc  
 velut in confirmationem facit, quod in Num-  
 meris ad sediciosos Moyses ait, *Quicumque e-*  
*legerit Dominus, ipse erit sanctus*: nunquam enim  
 aliquem Deus optimus maximus ad sui ob-  
 sequium ministeriumque vocat, quin collatis  
 in eum gratijs simul etiam sanctitatis char-  
 ismatas infundat. Huc addo illud Augustini  
 in illa Apostoli verba. *Elegit nos ante mundi*  
*constitutionem*, dum ait, *Deus quos eligit, bonos*  
*facit*. Vnde hoc elicere argumentum licet:  
 Quos Deus eligit, hos bonos simul & sanctos  
 reddit: quos ergo ad dignitatem eminentio-  
 rem assumit, sanctiores eos & meliores facit:  
 & ut gradatim ascendamus; si ad maximam  
 summamq; quempiam dignitatem euocet,  
 illum quoq; & optimum & sanctissimum ef-  
 ficiat, secundum hoc Aristotelis axioma, *Sic-  
 ut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad  
 magis, & maius ad maxime*. Cum igitur jam  
 inde ab omni aeternitate beatam Deus Opti-  
 mus Maximus Annam elegerit, & e reliquo  
 creaturarum vulgo veluti sequestrauerit, ut  
 filij sui matris genitrix foret, (quae insignis &  
 supereminens est dignitas, & infinitae cuius-  
 dam dignitatis opus) credendum est, mini-  
 meq; dubitandum, quin eam & sanctissimam  
 & perfectissimam reddiderit.

Confirmatur id ipsum ex illis Redempto-  
 ris verbis apud Mattheum, *Arbor bona facit*  
*fructus bonos*: quae ergo futura melior, melio-  
 res etiam faciet; & quo quaeque melior erit,  
 eo & sapidiores proferet; si vero eminentissi-  
 me summeq; bona, & optima, indubitatum  
 est optimos etiam ex ea fructus progignen-  
 S. Anna null  
 dos. Certissimum porro est S. Annam excel- la vnquam  
 lentissimum, optimum, sanctissimumque tu- mulier lau-  
 lisse fructum, si quis vnquam exstiterit, glorio- ctior.

Matth. 7.  
 S. Anna null  
 la vnquam  
 mulier lau-  
 ctior.  
 M m m 3; silli-

Num. 17.

In glof ordi-  
 sup. epist. ad  
 Ephes. c. 1.

In Topicis.

Matth. 7.

S. Anna null  
 la vnquam  
 mulier lau-  
 ctior.

Deipara  
 gratiarum  
 vniuersa  
 nam thesau-  
 rum.  
 Num. 31.

scilicet ac sacratissimam Virginem. vnde efficiamus licet & colligamus, eam & optimam & sanctissimam, & inter omnes mulieres omnigena benedictione cumulatissimam fuisse.

Luc. 6.

Ad dictorum meorum confirmationem vsurpabo & illud Luc. 6. Saluator docens, ecquo hypocritas scelestiq; pacto argumento que a viris sinceris dignosci possent, hac vsus est metaphora, *A fructib. eorum cognoscetis eos;* quasi dicat, Hypocritas vafrosque e suis exercitijs & operib. non secus cognoscetis, quam e fructibus arborem.

Arbor e fructu cognoscitur.

E fructu scilicet arbor, & ex illius bonitate huius cognoscitur bonitas ac perfectio. Certissimum est autem, S. Annam, arborem illam eximiam, in Ecclesia viridario plantatam, omnium quos vlla viderunt sacula fructuum & excellentissimum, & pretiosissimum, maximeque admirabilem produxisse, eius proinde magnitudo, sanctitas, maiestas & excellentia omnibus terrarum mirabilibus magnitudini eminentiaq; preferatur necesse est. Vnde Damascenus, *Ex fructu,* inquit, *arbor cognoscitur; prima ergo arborum, Ioachim & Anna, ex quibus eximius fructus productus est.*

Orat. 1.

Exploratissimum est ergo, Auditores, creaturam hanc sanctam, pre alijs mulieribus, diuinitus benedictam, locupletatam, & omnigena ratione prelatam fuisse. Eruo hoc e tribus, que in illa eluxere, mirabilibus, que que ad nomen illius & magnitudinem magis extollendam, ac celo terrarumque declarandum, quidquid in illa erat, communes aliarum creaturarum excellentias longo intervallo transcendisse, in illa efficere diuina maiestas dignata est.

S. Anna creaturis prelata.

Horum mirabilium ac miraculorum, que naturam omnem in admirationem rapere, primum fuit viginti annorum, diuino potius nutu, quam naturali quodam defectu, procurata sterilitas, nulla vt stirpis successionisque spes superesset. Mirabile dico aut miraculosum, non quod ipsa natura sua sterilitas miraculosum, quid aut prodigiosum sit, cum non nisi pure simpliciterq; priuatio quaedam sit mere naturalis; sed quod diuino suo eam decreto ac destinato Deus permisisset, ad magnum inde suo tempore eliciendum mysterium. At.

V.

S. Anna sterilis viginti primis annis S. Anna mirabile.

Horum mirabilium ac miraculorum, que naturam omnem in admirationem rapere, primum fuit viginti annorum, diuino potius nutu, quam naturali quodam defectu, procurata sterilitas, nulla vt stirpis successionisque spes superesset. Mirabile dico aut miraculosum, non quod ipsa natura sua sterilitas miraculosum, quid aut prodigiosum sit, cum non nisi pure simpliciterq; priuatio quaedam sit mere naturalis; sed quod diuino suo eam decreto ac destinato Deus permisisset, ad magnum inde suo tempore eliciendum mysterium. At.

que vt Anna Helcana coniugis Dominus vuluam, vt in libris Regum dicitur, concludit, vt nimirum eam deinde referret, matrem illam Samuelis viri sanctissimi efficiendo; ita quoque verisimile fit, eundem ipsum Deum constituisse, vt Ioachimi viri integerrimi vxor Anna viginti ipsis annis infœcunda foret, vt post non sine miraculo tam egregia, nobilis, illustrisq; filia, sacratissima scilicet Virginis Mariæ mater redderetur.

1. Reg. 10.

Admirabilis huius sterilitatis rationes dat Patres, easq; elegantissimas. Primam suppeditat sanctus Ioannes Damascenus, *Vt ad incarnationis summum miraculum per miraculum natiuit. hoc fieret gradus,* vtq; paulatim e rebus infimis & abiectis ad magna & sublimia, summaque fieret gradatio.

Orat. 1. de carnationis summum miraculum per miraculum natiuit. hoc fieret gradus, vtq; paulatim e rebus infimis & abiectis ad magna & sublimia, summaque fieret gradatio. 1.

Idem auctor adfert & secundam, aitq; naturam, velut subiectam & inferiorem obsequentissimam, gratia, ceu regina ac domina in Virginis conceptione cedere & obsequium quodammodo deferre voluisse: *Natura,* inquit, *voluit gratia in conceptu Virginis cedere.*

2.

Vt scilicet esse, origo & productio tam perfecta absolutaq; creatura gratia diuina, non sit gratia in vero nature viribus attribueretur; & verbo vt Virginis concipiam, omnib. manifestum hoc pacto fieret, ceptione. celitus hoc, neu vulgari & terrena quadam ratione contingere, opus esse Excelli & omnipotentis dextra, quin illustre quoddam miraculum, non vero cause ordinata subalternaq; effectum & radium.

Natura cetera absolutaq; creatura gratia diuina, non sit gratia in vero nature viribus attribueretur; & verbo vt Virginis concipiam, omnib. manifestum hoc pacto fieret, ceptione. 3.

Tertia ex Angeli qui Ioachimo apparuisse dicitur verbis colligitur, que memoria ipse mandauit, vt hæc ipsa ad vos afferrem, *Cum a. Virgin. lacinus vterum claudit Deus,* ait Angelus, *ad hoc facit, vt mirabilis aenuo aperiat, & non libidinis esse quod natiuitur, sed diuini muneris cognoscatur.* S. Annam ergo infœcundam esse Deus voluit, vt, cum e tali matre Virgo Deipara nasceretur, suam ipsa extractionem, conceptionem, omnemque originem non sine insigni miraculo a sola Dei gratia, non autem a brutali concupiscentia & sensuali libidine acciperet.

Lib. de ortu mandauit, vt hæc ipsa ad vos afferrem, Cum a. Virgin. lacinus vterum claudit Deus, ait Angelus, ad hoc facit, vt mirabilis aenuo aperiat, & non libidinis esse quod natiuitur, sed diuini muneris cognoscatur. 3.

Quarta, e nostro deprompta horto, sit hæc. Diuino factum est consilio ac nutu, vt sacratissima Virgo e matre sterili ac tanto tempore infœcunda ederetur, quo nascitura hoc pacto

Deus mulieres steriles reddit, vt deinde miraculo concipisceret. 4.

pacto

gnitudine  
nascituræ  
Virginis.

facto magnitudo excellentiaq; patesceret, & nemini non perfecta foret, utpote de cuius natiuitate & ortu tanto cœlum tempore cōsultabar, & in qua tanto natura ipsa labore infudabat. Ita & in Isaac & sancti Ioannis Baptistæ conceptione & ortu contigit, illorumque matrum sterilitas magnitudinis mirabilumq; nasciturarum prolium fuit argumentum.

Hom. de vigili  
S. Ioa. Bapt.

Ratio hæc Venerabilis Bedæ auctoritati innititur dicentis, *Diuinitus*, inquit, *procuratū est, ut ex sterili matre, & ex utroque parente proleptioris ætatis Ioannes nasceretur, quatenus etiam ortus eius miraculo pateret virum magna virtutis futurum esse*. Insinuare, meo iudicio vult, steriles idcirco matres prole cœlitus donatas esse, ut natiuitatis miraculo ac prodigio natiuitatis prolis proderetur dignitas, & originis notatus horoscopus & nouitas, illustrem illorum sortem futuram declararet, ipsique filij inde nati magni, & in vita admirabiles futuri censerentur, utpote, qui in primæuo vitæ exordio communia conditionis humanæ iura ac consuetudinem vulgarem transcendissent.

Secundum  
in S. Anna  
mirabile.

Tom. 2. ser.  
lib. 1.

2. Virgo v.  
lun. ratio-  
nis habuit  
etiam in v-  
tero matris.

Secundum in Sancta Anna mirabile est, gloriosam eius filiam, Virginem scilicet gloriosam, jam inde a primo conceptionis articulo, in beato matris utero, rationis esse donatam vsu. Veritatem hanc altruit & confirmat Sanctus Bernardus, cuius hæc genuina sunt verba: *Et dicitur, inquit, sequitur, quod beata Virgo etiam dum erat in utero matris, habuit, vsu liberi arbitrii, atque lumen perfectum in intellectu & ratione* quasi diceret: Naturali fieri consuetudine solet, ut, quamdiu proles veluti captiua, obscuris materni uteri ergastulis continentur, in tenebris etiam agant ignorantia, adeo, ut non plura mente quam oculis perspiciant, nec plus rationis iudicij vsu polleant, quam si animalia bruta, & sensus omnium rationisq; expertia forent. At Virgo singulari quadam prerogatiua, & præter conluctas naturæ leges & iura, iam inde ab utero materno rationis vsu nacta, libero voluntatis arbitrio vsa est, eiusque intellectus, pulsus ignorantia tenebris ac nebula, perfecto donatus fuit lumine, quo cuncta perspexit. Eius-

dem quoque opinionis est Dionys. Carthus. *Art. 1. c. 12. 3* libr. de laudib. incomparabilis Virginis. *q. 27. art. 3.*

Refragatur ei tamen D. Thomas, cum palam ait, *Virgo non statim habuit vsu liberi arbitrii, adhuc existens in utero matris, hoc enim est speciale privilegium Christi*, perinde ac si diceret, Deipara ante debitum tempus libertatē, cognitionem aliosque rationis actus non habuit, eo quod soli Iesu Christo, æterni Patris filio hocce privilegium ac prerogatiua concessa sit. Tametsi magnum, doctum, sanctūq; S. Ioannes hunc virum summo opere suspiciam, in hoc tamen puncto ab eo descisco, in alia longe ratione fortiore virgente abreptus. Concedo quidem, singularem hanc prerogatiuam fuisse, & Iesu Christo propriam, cum tamen Ioannis Baptistæ ea data sit, Virgini cur Deipare negetur? dicere nefas erit matrem Dei inferiorem minoremque fuisse Ioanne Zachariæ filio: nequaquam, auditores: nec enim id ratio finit, aut a quitas.

Certum insuper est, Angelos, beatos illos cœli ciues jam inde a primo creationis suæ momento cognitione donatos, & libero voluntatis arbitrio. Conueniens ergo, & honoris Filij Dei, & Deiparæ dignitati decens fuit, idem in ipsam privilegium conferri, eademque grata donari, ne in hoc forsitan Angelis foret inferior, illa scilicet quæ ceteris in reb. infinito eos interuallo superabat. Deinde in Apocalypsi representatur ut mulier amicta sole, & vndiquaq; iplendens & fulgens, ut nimirum hinc euidens fiat, eam tam intra quam extra matris uterum, nunquam fuisse rationis vsu, nec perfectæ cognitionis radijs destitutam.

Tertium denique mirabile, quod sanctam hanc matronam non parum illustrauit, fuit, quod beata eius filia, gloriosissima sc. Deipara, sine peccato originali, aut vlla macula in gratia ab illa cōcepta fuerit; quod singulare sane fuit privilegium, ac nemini nisi S. Annæ factui concessum. Hoc ut probemus, meminimus oportet, duplex in sacris Litteris pondus ac mensuram contineri, vnum sacris, alterum rebus profanis ponderandis ac dimetiendis; quorum illud sanctuarij, hoc commune ac vulgare dicebatur. Vnde Leuit. 27. legimus: *Leit. 27.*  
*Dabis quinquaginta siclos ad mensuram sanctu-*  
*aria.*

Angeli à pri-  
mo creatio-  
nis suæ in-  
stanti cog-  
nitione do-  
nati.

Tertium in  
S. Anna mi-  
rabile.

*Leuit. 3.*

*Sanctuarij & alibi eodem in libro, Emi potest duobus scelis, iuxta pondus sanctuarij. Vnde hoc modo concludo, si sanctuarij mensura à communi & vulgari discrepabat, par etiam est; mensuram ac pondus, quo sacratissima Virginis, diuini illius sanctuarij & admirabilis matris Deires ponderamus, plurimum à pondere ac statera differre, qua aliarum mulierum & virorum, qui velut plebs & vulgus sunt, statum, qualitatem, perfectionesque ponderamus. Quidquid in Virgine est, & omne eius pretium, valor & estimatio, ad res sanctarum bilancem appendendum est. Comune*

Virginis statera vulgaris hæc est, *Omnes in Adamo peccabant ab aliorum statu. 1 Cor. 15. Psal. 50.*

*reliquarum creaturarum pondus, & mensura vulgaris hæc est, Omnes in Adamo peccabant, & mortui sunt. & illud Psalmi. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: quasi diceret, Vita mea ab aliorum vita non discrepat, eiusdem pretij est, ad idem appenditur pondus, cum in isdem conceptus sim peccatis, quibus alij. Verum separatum diuersumque; ab alijs pondus habet Deipara, cum à communi ipsa fuerit clade exempta, & vniuerso mundo peccati originalis aquis ad obruto, sola id ipsa euaserit.*

*Esth. 15.*

*Huc peregre facit, quod in Esther historia proditum est. Cum enim perfido Amœni instinctu & instigatione in regio Assueri concilio generalis in vniuersam Iudæorum gentem mortis lata esset sententia; rex ipse venustæ Esther amore illectus ab hac eam sententia eximens, sic eam est allocutus: Non morieris Esther, non enim pro te, sed pro omnibus*

Virgo à peccati originalis lege exempta.

*hæc lex constituta est. Quod rex ille Persarum in Esther gratiam olim dixit, communi eam strage excipiens; id ipsum à totius vniuersi regis ad cœli terræque; reginam dictum fuisse fit verisimile, dum ab ea æternum illud decretum, quod peccati mortem comminabatur, & in omnes omnino mortales latum erat, abstulit: Non morieris Mardochei nepti dictum fuit, & à generali Iudæis omnibus impendente decretaque; mortis sententia eripieris; sed S. Annæ filia dictum fuit, Morie peccati originalis in utero matris non emorieris, ab ea te Deus eximit, te solam excipit, non enim lex illa tibi, sed ceteris constituta est.*

*Hæc ergo sunt excellentiæ, Auditores, prærogatiuæ, & mirabilia, quæ S. Annæ ho-*

*norem virtutemque; velut indiuiduæ quædam comites, semper sunt comitata. Eius vidistis sanctitatem, integritatem, virtutum complementum, meritum thesaurum, immensum gratiarum pelagus, & simul vniuersas animæ eius perfectiones; quarum de causa eam communi cœmiliarum turbæ efferimus, & præ reliquis terræ matronis laudibus cumulamus. Ex toto ergo eam corde honorare nobilitatem eius, progeniem, decus, & genus ad sanctuarij pondus appendite; nolite vero ad vulgarem aliarum creaturarum mensuram excellentiarum ac meritum eius pretium valoremque; ponderare. Nihil in illa vulgare, sed omnia rara & singularia, omnia magnifica, & eius altitudinem redolentia, nihil in ea vile & exiguum, sed omnia extra communem rerum ordinem, & mirabilia: fuit denique; primum quod dicitur & eximium omnipotentis Dei in terra opus.*

*Ceterum his illam dotibus & perfectionibus à Deo donari, ac prærogatiuis condecorari oportebat, cum ab omni eam æternitate destinasset & præuidisset, velut primarium ac principem ad mundi redemptionem, & in primis necessarium instrumentum, nimirum ex vniuersa naturæ humanæ massa ac turba selecta, quæ eius foret Virginis mater, quæ Messiam, Dei filium ac totius esset vniuersi Saluatorem allatura. Cœlum sane vniuersos suos in illam thesauros & promptuaria effudisse oportuit, quo inter omnes Adæ filias, & orbis totius mulieres primam à filia sua eam redderet ac principem. Hanc ergo honorate Christiani, vestra illi vota offerte fideles, eius mensuras dimetiimini, & æternis eam nunquam non laudibus cumulate.*

*Quam hoc porro æquum est & rationi consonum beatissima mulier! cœlum, terra, homines iuxta atque Angeli nimum quantum te honorare, & omni quo possunt modo laudare ac prædicare tenentur. Fuisi namque; è primis Ecclesiæ lapidibus fundamentalibus è primarijs redemptionis nostræ operibus, è præcipuis gemmis in Summi Pontificis rationali colluceantibus, denique; è maximis orbis miraculis & prodigijs. Fuisi adhæc paradisus ille terrestris, in cuius medio Virgo beatissima velut generosa quædam arbor consti-*

Omnia rara in S. Anna fuerit.

S. Anna ab omni æternitate delicta nata in matrem Deiparæ.

Exod. 18.

Gen. 2.

Exod. 25.

ta,

In 6. 11. Isai.

ra, Iesum Christum, aeternae vitae fructum, nobis prouult. Fuisti lignum illud Sethim, lignum aeternum, & omnis corruptionis ex-pers, e quo arca Testamenti compacta fuit, in qua non iam manna, nec legis tabulae, sed ipsemet legislator requiesceret. Fuisti benedicta illa uiuentium terra, quae sacratissimam Virginem genuit, semper in gratia uiuentem, & numquam peccato mortuam, & per eam ipsummet vitae auctorem Iesum Christum mundi Redemptorem. Fuisti denique, ut quidem D. Hieronymus ait, illa Isaiæ verba, *Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius a cendet.* interpretatus, virga illa Iesae, qua virgo mater velut virgula, & Iesus Christus ceu regius quidam flos pullularunt. Horum omnium ob causam & hisce titulis, summo te honore prosequimur, tibi; communi omnium summissione pietateque supplicamus, ita ut nobis tuis adis precibus & intercessionibus, ut tandem à Deo optimo maximo delictorum in hoc mundo remissionem & indulgentiam, in altero vero gloriae eius possessionem impetremus, ad quam nos dirigere dignetur Deus Pater, vnigenitusque eius Filius, ac gloriosus Spiritus sanctus. Amen.

IN FESTO SANCTI PETRI AD VINCULA.

Partitio.

1. De Ecclesia splendore per figuram illustrato.
2. De iudi. io diuerso mundi & Dei.
3. Festiuitas hac cur ad Vincula dicta.
4. De nomine Vinculi.
5. De catenis S. Petri moraliter expositis.
6. De eiusdem liberatione per Angelos: & quid hoc.

Misit Herodes Rex, vt affligeret quosdam de Ecclesia, &c. Act. 12.

FIGURA.

Act. 12.

Horrendum sane ac funestum spectaculum est; Auditores, videre in Apocalyp. Bessai tom. 3. De Sanctis,

psi ingentem illum draconem rufum ante mulierem duodecim coronatam stellis, & Sole amicta, sese sistere, eamque iam iam parturientem vehementissime persequi, vt recens editam prolem deuoret, in eamque quibus potest modis grassetur. Describit eo loco Ioannes, quae tunc Ecclesiam premebat, persecutionem, quaeque Antichristi eam tempore oppressura erat. Mulier enim haec duodecim rutilantibus redimita sideribus haud dubie Ecclesia erat, iam inde à sui exordio duodecim illustrata & decorata Apostolis; qui velut fulgentissima quaedam astra, sole Christo Iesu, per vniuersum terrarum orbem longe lateque fulserunt, & Euangelij omnia luce collustrarunt. Vastus & feros hic draco diaboli erat imago, aut potius Herodis Tyranni, qui furoris & rabiei aestu rufus, & effuso sancti Iacobi, quem decollauerat, sanguine etiamnum rubescens, hodie Ecclesiam persequitur, & vehementissime exagitat, eius opprimere filios satagens, & in primis primogenitum eiusdem filium Petrum, quem in vincula conticit, & compedibus constringit, vt inde ad mortem eum, nisi coeleste nomen impediatur, & Dei viuientis iustitia hominis malignissimi tyrannidi immanitatisque ob-luctetur, rapiat. Materia haec tragicomica est: eius namque initia tristitia, feralia, & illaerabilia sunt; sed incunda catastrophe. Equidem hoc eam modo vobis percurrere constitui; vt autem Spiritus sanctus auxilium dicenti afferat, nostra illi vota precesque offeramus, & gloriosissimam Dei matrem rogemus, suam vt opem etiam conferat, quam eam ob causam Angelica salutatione inuocabimus, dicemusque

AUE MARIA.

Inclytum illud Apostolorum decus Paulus admirabilem olim diuinæ sapientiae dispositionem decretaque circa Ecclesiae suae regimen miratur, sic de iisdem in ea quae ad Ephesios, locutus est, *Vt innotescat*, inquit, *Ephes. 3.* principibus & potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum praesinitionem sa-culorum, quam fecit in Christo Iesu. In quem locum scribens Angelicus Doctor D. Thomas, I.

Nun

vult